

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

**Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>**

**M.DC.XLVI., 1646**

Suasoria

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1509)



# SVASORIA I.

DELIBERAT ALEXANDER,

*an Oceanum nauiget.*



INITIAM cuique rei magnitudinem natura dederat, dedit & modum, nihil infinitum est, nisi Oceanus. AVITVS. Fertiles in Oceano iacere terras, vltraque Oceanum rursus alia littora, alium nasci orbem, nec vsquam naturam rerum desinere, sed semper inde, vbi defuisse videatur, nouam exurgere: facile ista finguntur: quia Oceanus nauigari non potest. Satis sit hactenus vicisse Alexandro, qua mundo lucere satis est. Intra has terras cecum Hercules meruit. Stat immotum mare, & quasi deficientis in suo sine naturæ pigra moles, nouæ ac terribiles figuræ, magnâ etiam Oceano portenta quæ profunda ista vastitas nutrit, confusa lux alta caligine, & interceptus tenebris dies, ipsum vero graue & defixum mare, & aut nulla aut ignota sidera. Ita est, Alexander, rerum natura: post omnia Oceanus: post Oceanum nihil. ARGENTARIII. Resiste, orbis te tuus reuocat: vicinus qua lucet. nihil tantum est, quod ego Alexandri periculo petam. POMPEII SILONIS. Venit ille dies, Alexander, exoptatus, quo tibi operæ est adesse, iidem sunt termini & regni tui, & mundi. OSCI. Tempus est Alexandrum cum orbe & cum sole desinere. Quod noueram, vici: nunc concupisco quod nescio. Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrum posito genu adorant? Qui tam

horridi montes. quorum non iuga victor miles calcauerit? Ultra Liberi patris trophæa constitimus. Non querimus orbem, sed amittimus. Immensum, & humanæ intentatum experientia pelagus; totius orbis vinculum, terrarumque custodia, inagitata remis vastitas, litora modo sæuente fluctu inquieta, modo fugiente deserta tetra caligo remitter fluctus. Nescio quid humanis natura subduxit oculis, extrema nox obruit. **MVSÆ.** Fœda belluarum magnitudo, & immobile profundum testantur, Alexander, nihil ultra esse, quod vincas: reuertere **ALVTII SILI.** Terræ quoque suam finem habeat, & ipsius mundi aliquis occasus est, nihil infinitum est, modum magnitudini facere debet, cum fortuna non facit. Magni pectoris est inter secunda moderatio. Eundem fortuna victoriæ tuæ, quem natura finem facit. Imperium tuum cludit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoque naturam supergressa est. Alexander orbi magnus est. Alexandro orbis angustus est. Aliquis etiam magnitudini modus est. Non procedit ultra spatia sua cœlum. Maria intra terminos suos agitantur. Quicquid ad summum venit, incremento non reliquit locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum nouimus, quam ultra Oceanum. **MARILLI.** Maria sequimur, terras cui tradimus? orbem quem non noui, quero: quem vici, relinquo. **FABIANI.** Quæ ista toto pelago infusa caligo? Nauigantem tibi videtur admittere quæ prospiciendum quoque excludit. Non hæc India est, nec terribilis ferarum ille conuentus. Immanes propone belluas. aspice quibus procellis fluctibusque sæuiat, quas ad litora vadat agat. tantus ventorum, tanta conuulsi funditus maris insania est: nulla præsens nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum. ruidis, & imperfecta natura penitus recessit. Ista maria ne illi quidem petierunt qui fugiebant Alexandrum. Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum. Illi qui iam siderum collegerunt metas, & annuas hiemis atque æstatis vices ad certam legem redegerunt, quibus ignota nulla pars mundi est: de Oceano tamen dubitant, vtrumne terras velut vinculum circumfluat, an in suum colligatus orbem, & in hos, per quos nauigatur sinus, quasi spiramenta quædam magnitudinis exæstuet: ignem post se, cuius augmentum ipse sit, habeat, an spiritum. Quid agitis commi-



Commilitones? regem domitorēque generis humani,  
magnum Alexandrum eo demittitis, quod adhuc quid sit  
disputatur? Memento Alexander, matrem in orbe victo  
adhuc magis, quā pacato relinquis.

DIVISIO. Aiebat CESTIVS, hoc genus suafiorum a-  
liter declamandum esse, quā suadendum. Non eodem  
modo in libera ciuitate dicendam esse sententiam, quā  
apud reges: quibus etiam quæ profunt, ita tamen vt de-  
lectent, suadenda sunt. Et inter reges ipsos esse disci-  
men, quosdam magis aut minus rerum vsum habere. Veri-  
tatem facti Alexandrum exisse. Quosdam superbissimōs,  
& supra mortalis animi modum elatos cernimus.  
Denique vt alia dimittantur argumenta, ipsa suaforia in-  
solentiam eius coarguit, orbis illum suus non capit: ita-  
que nihil dicendum aiebat, nisi cum summa veneratione  
regis, ne accideret idem quod præceptori eius Callisthe-  
ni accidit, quem occidit propter intempestiue liberos fa-  
les. Nam cum se Deum vellet videri, & vulueratus esset,  
vifo sanguine eius philosophus mirari se dixerat, quod non  
esset, \* Ἰχθὺς οὐκ ἐστὶν πρὸς τὴν βίαν μὴ ἀποβῆσθαι θροῖον. Qualis erat  
sanguis manans de corpore diuini. Hom. Il. e. versu 340.  
Ille se ab hac vrbānitate lancea vindicauit. Eleganter in  
C. Cassij epistola quædam ad M. Ciceronem missa positum,  
multum iocatur de stultitia Cn. Pompeij adolescentis,  
qui in Hispania contraxit exercitum, & ad Mundam a-  
cie victus est. Deinde ait: *Nos quidem illum deridemus,  
sed timeo ne ille nos gladio ἀντιπροσέληται.* vicissim irideat.  
In omnibus regibus hæc vrbānitas extimescenda est.  
Aiebat itaque, apud Alexandrum ita dicendam esse sen-  
tentiam, vt multa adulatione animus eius permulceretur.  
Seruandum tamen aliquem modum, ne nobis ac-  
cideret tale aliquid, quale accidit Atheniensibus, cum  
publicæ eorum blandiciæ non tantum deprehensæ,  
sed & castigatæ sunt. Nam cum Antonius veller se Li-  
berum patrem dici, & hoc nomen statuis subscribi iu-  
beret, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur,  
occurrerunt venienti ei Athenienses cum coniugibus &  
liberis, & Διόνυσον, Bacchum, salutauerunt. Bene il-  
lis cesserat, si nasus Atticus ibi subitisset. dixerunt  
despondere ipsos in matrimonium Minervam suam.



& rogauerunt vt duceret. Ac Antonius ait ducturum, sed  
 dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tum ex Græ-  
 culis quidam ait: *ὡς ἐστὶν Ζεὺς πατρίσιν τοῦ Σειδίλου ἄτακτος*  
*εἶνε.* Domine Iuppiter matrem tuam indotatam habuit.  
 Huic quidem impune fuit, sed Atheniensium sponsalia  
 mille talentis æstimata sunt: quæ cum exigerentur, com-  
 plures contumeliosi libelli proponebantur: quidam etiam  
 ipsi Antonio tradebantur: sicut ille qui subscriptus statua  
 eius fuit, cum & eodem tempore Octauiam vxorem ha-  
 beret, & Cleopattam: ΟΚΤΑΒΙΑ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑ  
 ΑΝΤΩΝΙΩ: Octauia & Minerua Antonio. RES TVAS  
 ΤΙΒΙ ΗΑΒΕ. Bellissimam tamen rem Deillius dixit, quem  
 Messala Corvinus *desultorem bellorum civilium* vocat,  
 quia ab Dolabella ad Cassium transfurus, salutem sibi pa-  
 ctus est, si Dolabellam occidisset: & à Cassio deinde tran-  
 suit ad Antonium: nouissime ab Antonio transfugit ad  
 Casarem. Hic est Deillius, cuius epistolæ lasciuæ ad Cleo-  
 pattam feruntur. Cum Athenienses tempus peterent ad pec-  
 uniam conferendam, nec exorarent, Deillius ait: Et ta-  
 men scito illos tibi annuam, bimam, trimam diem debere.  
 Longius me fabellarum dulcedo produxit. Itaque ad pro-  
 positum reuertar. Aiebat Cestius, magnis cum laudibus A-  
 lexandri hanc suasoriam esse dicendam: quam sic diuisit,  
 vt primum diceret etiam si navigari posset Oceanus, nauig-  
 andum non esse: satis gloriæ quæsitum: regenda esse &  
 disponenda, quæ in transitu vicisset: consulendum militi,  
 tot victoriis lassio: de matre illi cogitandum: & alias causas  
 complures subiecit. Deinde illam quæstionem [ subiecit; ]  
 ne navigari quidem Oceanum posse. FABIANVS philoso-  
 phus primam fecit quæstionem eandem, Etiam si navigari  
 posset Oceanus, nauigandum non esse. At rationem aliam  
 primam fecit, modum imponendum esse rebus secundis,  
 hic dixit sententiam: Illa demum magna est felicitas, quæ  
 arbitrio suo censuit. Dixit deinde locum de varietate for-  
 tunæ, & cum descripsisset nihil stabile esse, omnia fluitare,  
 & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, absorbe-  
 ri terras, & maria sicari, montes subsidere: deinde exem-  
 pla rerum è fastigio suo deuolutarum adiecit: Sine potius  
 rerum naturam, quàm fortunam tuam deficere. Secundam  
 quoque quæstionem aliter tractauit. Diuisit enim illam

Sic, vt primum negaret vllas in Oceano, aut trās Oceanum  
 esse terras habitabiles: deinde si essent, perueniri tamen ad  
 illas non posse. Hic difficultatem ignoti maris, naturam  
 non patientem nauigationis. Nouissimè vt possit perueni-  
 ri, tanti tamen non esse. Hic dixit incerta peti, certa dese-  
 ri, descituras gentes, si Alexandrum rerum naturæ termi-  
 nos supergressum notuisset. Hic matrem memorauit, de  
 qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum  
 transcursum esset. GLYCONIS celebris sententia est: Τὸ πο-  
 σὸν ἔστι Σιμόεις ἐδὲ Γρανίκος· ἄλλο εἰ μὴ ἕκαστος ἴωσσι αὐτὸ ὑ-  
 ποταρ, ἔκαστος: Hic Oceanus Simois non est, neque Granicus:  
 & nisi periculosum quid esset, non in vltimis terrarū finib.  
 esset collocatus. Hoc omnes imitari voluerunt. *Plutium* di-  
 xit: Καὶ ἄλλο τὸ πομείστην ἔστιν, ὅτι αὐτὸ μὴ πάντα, καὶ ἄλλο  
 ἐδὲν. *Artemon* dixit. Βλέπεθ' ὃ νεολογία πολλεὺς ἠλίεσσ; δύο Ελ-  
 λεσποντίους ἠὲσιν ἐφεσάτες; οἱ ἢ ἐπὶ τῷ Πάμφυλιῳ πελάγῳ τῷ  
 ἐμπερὸς δεσμον ἐξεδουκώμεν ἀμπεσιν. Οὐδὲ Εὐφράτης τῆσ' ἔστιν,  
 ἐδὲ Ἰνδὸς, ἀλλ' ἐστὶ μυσήριον, εἴτε φύσεως ὅρῳ· εἴτε περὶ οὐρα-  
 νῶν σοικεῖον, εἴτε ἠλίεσσ; θεῶν περὶ τὸν ἔστιν, ἢ ἔσ' αὐτῶσ' ὑδωρ, Ἀ-  
 ρατιυρίου dixit ἐν τῷ ζην ναὺς ἐκ μιᾶς φορῆς εἰς ἀναβλάσ; ἐν τῷ  
 ἄ' εἰς τὸ ἀοράτες δύοσ;. *Plutium* dixit: Et propterea maxi-  
 mus est, quia ipse quidem post omnia, post ipsum verò ni-  
 hil. *Artemon* dixit: Vultis ne ὁ Iuuenes, plures soles? Duo  
 præfecti Hellepontiacis litoribus, nos verò in mari Pam-  
 phili terminum datum expectamus? Neq; Euphrates hic  
 est, neq; Indus, sed arcanum quid, seu naturæ limes, siue  
 antiquissimum Elementū, seu Origo Deorum primorū, seu  
 etiā simpliciter aqua. *Aratiurius* dixit: hinc naus vno cur-  
 su in Orientē, (supple φέρεται fertur) inde ad inaspectabiles  
 occasus. *Legi* etiā posset: Βυλητὸν ἐν δ' εἰλῶν ἐξάλωσιν ἠλίεσσ;  
 δύο, & μοχ: σὸν ἐπὶ πᾶν φηνοὶ πελάγῳ τῷ ἐμπερὸς δεσμον πε-  
 ρεδουκώμεν ναύλωσιν. *Cestius* descripsit: Fremit Oceanus,  
 quasi indignetur, quòd terras relinquant. Corruptissimā rem  
 omnium, quæ vnquam dictæ sunt, ex quo omnes disertè  
 insanire cœperunt. putabāt Dorionis esse in metaphrasi di-  
 cta Homeri: Τὺ excœcatus Cyclops saxum in mare [re]ie-  
 cit. Hęc quomodo ex corruptis eo perueniāt, vt & magna  
 nec tamē sana sint, aiebat Μοεσβιασ, apud Virgiliū in-  
 telligi posse. Tumidum est, ὄρυς ὄρυς δὸσισήσαστε: Montis  
 verticem auferte. *Virgilius* quidem ait: [Æneid. x. 1. 128.]



M. SEN. SVASORIARVM

*Rapit haud partem exiguam montis.* —  
 magnitudini se dat. Sed non vt impudenter discedant à fi-  
 de: est inflatum *Καρρυχία Βαμνίη πέλοος*: Caput lethali-  
 ter dicitur medius. Virgilius ait de nauibus,  
 — *Credas innare reuulsas Cycladas.*

non dicit hoc fieri, sed videri. propitiis auribus auditur:  
 quamuis incredibile est, quod excusat, antequàm dicitur.  
 Multo corruptiorem sententiam MENESTRATI cuiusdam  
 declamatoris non abiecti suis temporibus, nactus sum in  
 hac ipsa Suasoria, cum describeret belluarum in Oceano  
 nascentium magnitudinẽ. \*\* Efficit hæc sententia, vt igno-  
 scamus ei, qui dixit, ipsis Charybi & Scylla maius porten-  
 tum. *Charybidi ipsius maris naufragium videri.* & ne in  
 mare semel insaniret: quid ibi potest esse salui, vbi ipsum  
 mare perit? DAMASETICVS induxit matrem loquẽtem,  
 cū describeret assidue priorib. periculis noua superuenisse.  
 BARBARVS dixit, cum introduxisset excusantem se exer-  
 citum Macedonum, hunc sensum: \* *EVSCVS ARELLIVS*  
 dixit: Testor antè orbem tibi tuum deesse, quam militem.  
 LATRO sedens hæc dixit: Non exeu' aut militem, sed di-  
 xit: Dum sequor, quis mihi promittit hostem, quis terram,  
 quis diem, quis mare? Da vbi castra ponam, vbi signa po-  
 nam. Reliqui parentes, reliqui liberos, commeatum peto:  
 nunquid immature ab Oceano? Latini declamatores in O-  
 ceani descriptione non nimis viguerunt. nam aut timide  
 descripserunt, aut curiose. Nemo illorum potuit tanto spi-  
 ritu dicere, quanto Peto, qui nauigante Germanico dixit,

*Iam pridem post terga diem solèmq; relictum,  
 Iam pridem notis extorres sinibus orbis,  
 Per non concessas audaces ire tenebras,  
 Hesperij metas, extremâque littora mundi.  
 Nunc illum pigris immania monstra sub undis:  
 Qui ferat Oceanum, qui sæuas undique Pristis,  
 Equoreosque cænes variis consurgere prentis,  
 Accumulat fragor ipse metus iam sidere limo  
 Nauigia, & rapido deserat flamine classem.  
 Siqui feris credidit per inertia sæta marinis,  
 Tam non felici laniandos sorte relinqui.  
 Atque aliquis proæ spectat sublimis ab alia  
 Aëra pugna: i luctatus rumpere nisi.  
 Vt nil erepto valuit dignoscere mundo.*

*Obstruſto taleis effundit pectore voces :*

*Quo ferimur? ruit ipſe dies, orbemque relictum*

*Vltima perperuis claudit natura tenetris.*

*An ne alio poſtras vltra ſub cardine gentes,*

*Atque alium libris intactum querimus orbem?*

*Dij reuocant, rerumque vetant cognoscere finem*

*Mortaleis oculos: aliena quid equore remis*

*Et ſacras violamus aquas, diuinumque quietas*

*Turbamus ſedes ---*

Ex Græcis declamatoribus nulli melius hæc ſuaſoria proceſſit, quàm Glyconi. Sed non minus multa magnificè dixit, quàm corrupte. Vtriuſq; vobis faciam poteſtatē \*\* Et volebam vos experiri, non adiciendo iudicium meum, nec ſeparando à corruptis ſana. potuiſſet enim fieri, vt vos illa magis laudaretis, quæ inſaniunt: & nihilominus poteſt fieri, \* quamuis diſtinxerim. Illa belle dixit: \* ſed fecit quod ſolebat, vt ſententiam adiectione ſuperuacua atque tumida perderet. Adiecit enim illud: Vale terra, vale Nais mea, iubeo enim: num ferent oculi? *ὕψαινε γῆ, ὑψάινε Ναις ἐμῆς. κέλευσεν γδ' ἄρ' οἴοντι πᾶ' ὄοντι;* Quoſdam iudices dubios ſui habet, ego non dubito contra ſententiam ferre.

## SVASOR. II.

**T**RECENTI Lacones contra Xerxem miſſi, cum trecenti Tex omni Græcia miſſi fugiſſent, deliberant, an egr̄ iſſi fugiant. ARELLII FVSCI PATRIS. At, puto, rudis lecta ætas, & animus qui frangeretur metu inſucto, armæque non paſſuræ manus, hebetatæque ſenio, an vulneribus corpora. quid dicam potiſſimos Græciæ? An Lacedæmonioſ? An Eleoſ? an repetam tot acies patrū, tot excidia urbium, tot victarū gentiū ſpolia? Et nūc, præ dolor, cōcidunt, ſi remeabimus templa. Pudet cōſilij noſtri, pudet, etiā ſi nō fugimus deliberaſſe talia. At cum tot milib. Xerxes venit, o Lacedæmonij, non aduerſus Barbaroſ. reuete mini opera veſtra, non auoſ, nō patreſ, quorum noſ exemplū moneat? Ab infamia ſurgit ingeniū: pudet Lacedæmonioſ ſic adhortari: tuti ſum꿿. Licet totū claſſe Orientē trahat, licet mernentib. explicet inutilē numerū: hoc mare, quod tantū ex vaſto patet, vrgetur in minimum; inſenſioſ excipitur anguſtiſ, qua vix minimo adituſ nauigio eſt, hui꿿 quoq; remigium arcet inquietatione, quod circumfluit mare, fallacia curſuſ, vada altioribus internata, aſpera ſcopulis, & cetera,



quæ nauigantium vota decipiunt. Pudeat, inquam, & Lacedæmonios & armatos querere, quemadmodum tui sint. Non referam Persarum spolia? certe super spolia nudus eadam. Sciet & alios non habere trecentos, qui sic non fugiant, & sic cadent. Hunc sumite animum. Nescio an vincere possimus, vinci non possumus. Hæc non utique perituris refero: sed etsi cadendum est, erratis, si metuendam creditis mortem. Nulli natura in æternum spiritum dedit, statutaque nascentibus in finem vitæ dies est. Imbecilla nos enim materia Deus orsus est, quippe minimis succidunt corpora, in denunciata forte rapimur: sub eodem pueritia fato est, eadem iuuentus causa cadit: optamus quoque plerique mortem: adeo in securam quietem recessus est. At gloriæ nullus finis est, proximique Deo. Sic ages ea satagunt. seminis quoque frequens hinc in mortem pro gloria iter est. Quid Lycurgum? quid interritos omni periculo, quos memoriæ sacrauit, viros referam? vt vnum Otryadem citem, annumerare trecentis exempla possum. TRIARI. Non pudet Laconas, ne pugna quidem hostium; sed fabula vinci? Magnum & alumnum virtutis nasci Laconem. ad certam victoriam omnes remansissent, ad certam mortem tantum Lacones. Non est Sparta lapidibus circumdata. illa muros habet, vbi muros non habet. Melius reuocabimus fugientes Troezenos, quam sequemur. Sed montes perforat: maria contegit. Nunquam in solido stetit superba felicitas, & ingentium imperiorum magna fastigia obliuione fragilitatis humanæ collapsa sunt. Scias licet ad finem peruenisse, quæ ad inuidiam perduca sunt. Maria terraque rerum natura statione mutauit sua. moriamur trecenti: vt hic primum inuenerit, quod mutare non possit. Si tandem amens placiturum consilium erat, cur non potius in turba fugimus? PORCII LATRONIS. In hoc scilicet morati sumus, vt agmen fugientium cogeremus? furori terga veritatis. Sciamus saltem quis sit iste quem fugimus, Yicit. At victoria dedecus elui potest. Vt omnia fortiter fiant, feliciter cadant: multum tamen nomini nostro detractum est in, Lacones, quod an fugeremus, deliberauimus. Vt enim non moriamur, quantum ad me quidem pertinet, post hanc deliberationem nihil aliud timeo quam ne

reuer-



reuertamur. Atma nobis fabulæ excutiunt? nunc nunc pugnemus. Latuisset virtus inter Trœzenos: Ceteri quidem fugerunt, si me quidem interrogatis quid sentiam: ego in nostrum & in Græciæ patrociniū loquar: electi sumus, non relictī. **GAVII SABINI.** Turpe est cui libet viro fugisse. Laconi etiā deliberasse. **MARILLII.** In hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus. Habent quemadmodum se excusent Trœzeni Græciæ. Munitas Thermopylas satis putauimus, cum relinqueremus illic Laconas. **ESTII PII.** Quā turpe fugere iudicatis Lacones, tam diu non fugiendo! Omnibus sua decora sunt, Athenæ eloquentia inlytæ sunt, Thebæ sacris, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas amnis circumfuit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam? ideo Taygeti montis difficultia nisi Laconibus iuga? ideo Hercule gloriamur operibus cœlum merito? ideo muri nostri arma sunt? O graue maiorū virtutis dedecus! Lacones se numerant, non æstimant. Videamus quanta turba sit: vt habeat certe. Sparta etiā si non fortes milites, aut nuntios veros: ita ne bello quidem, sed nuntio vincimur. Merito Hercules omnia contempsit, quem Lacones audire non sustinent. Si vincere Xerxen nō licet, videre liceat. Volo scire quem fugiam. Adhuc non sum ex vlla parte Atheniensium similis, non muris, nec educatione. nihil prius illorum imitabor, quā fugā. **POMPEII SILONIS.** Xerxes multos secum adducit Thermopylæ paucos recipiunt, erimus inter hostes fugacissimi, inter fugaces tardissimi. Nihil refert, quantas gentes in nostrum orbem Oriens effuderit, quantumque nationum secum Xerxes trahat, tot ad nos pertinent, quot locus ceperit. **CORNELII HISPANI.** Pro Sparta venimus, pro Græcia stemus. vincamus hostes, socios iam vicimus: sciat iste insolens Barbarus, nihil esse difficilius quā Laconis armati latus fodere. Ego vero quod Trœzeni discesserunt, gaudeo liberis nobis relinquere Thermopylas. Nil erit quod virtuti nostræ se opponat, quod inserat: non latebit in turba Laco: quocunque Xerxes aspexerit, Spartanum videbit. **BLANDI.** Referam præcepta matrum: *Aut in his, aut cum his?* Minus turpe est, à bello inermem reuerti, quā armatum fugere. Referam captiuorum verba? *captus Laco: Occide, inquit, non seruis: potui non capi si fugere vo-*



*luisse*. Describite terrores Persicos: omnia ista cum mitterentur, audiuius. videat trecentos Xerxes. & sciat, quanti bellum æstimatum sit, quanto aptus numero locus. Reuertamur ne nuntij quidem nouissimi. *Quis* fugerit, ne Scio. hos mihi Sparta commilitones dedit.

DESCRIPTIO THERMOPYLARVM. Nunc me delectat, quod fugerunt Træzenij, angustas mihi Thermopylas fecerant.

CONTRA CORNELII SPATINI. At ego maximum dedecus futurum Reipub. nostræ arbitror, si Xerxes nihil prius in Græcia vicerit quam Laconas. Ne testem quidem virtutis nostræ habere possumus. Id de nobis tradetur, quod hostes narrauerint. Habetis consilium meum. idem autem meum, quod totius Græciæ: si quis aliud suadet, non fortes vos esse, sed perditos gaudet. CLAVDII MARCELLI. Non vincet nos, sed obruent. Sasis fecimus nomini: multū rei gessimus: ante nos rerum natura victa est.

DIVISIO. Huius suasoriæ feci mentionem, non quia in ea subtilitatis erat aliquid, quod vos excitare posset, sed vt sciretis quam nitide FVSCVS dixisset, vel quam licenter ipse sententiam feram. Vestri arbitrij erit, vtum explanationes eius luxuriosas putetis, an (vt pœta Pollio Asinius aiebat) hoc non est suadere, sed inuidere. ne volo nihil fuisse & iuuenis te amo, tanquam has explanationes Fusci, quas nemo nostrum non alius alia inclinatione vocis, vel vt sua quisque modulatione cantabar. At quia semel in mentionem incidi Fusci, ex omnibus suasoriis celebres descriptiunculas subtexam, etiam si nihil occurrerit, quod quisquam alius nisi suafor dixerit. Diuisione autem hac suasoria Fuscus vsus est illa vulgari, vt diceret non esse honestum fugere, etiam si tutum esset. deinde æque periculosum esse fugere, & pugnare. nouissime, periculosum esse fugere, pugnantibus hostes timendos: fugientibus, & hostes & suos. CESTIVS primam partem sic transegit, quasi nemo dubitaret, an turpe esset fugere, deinde illo transit an non esset necesse. Hæc sunt, inquit, quæ vos confundunt hostes, sociorum paucitas. Non quidem hæc suasoriæ. Sed in hac materia dilectissima illa fertur sententia DORIONIS, cum posuisset hoc dixisse trecentis Leonidas, quod puto etiam apud Herodotum esse, ἡ τῶν ἀεστῶν, ὡς ἐν ἁδῶν δεῖπνήσονται. Sic prandete, tanquam



quam apud inferos cœnaturi. SABINVS ASIDIVS venustissimus inter rhetores scurra, cum hanc sententiam Leonidæ retulisset, ait: Ego illi ad prandium promississem, ad cœnam renuntiassem. ATTALVS STOI CVS, qui solū verit à Seiano circumscriptus, magnæ vir eloquætiæ, ex philosophis, quos nostra ætas vidit longe & subtilissimus & facundissimus, cum tã magna & nobili sententia certauit, vt mihi dixisse videatur animosius quã prior. Occurrit mihi sensus in eiusmodi materia, à Cornelio Seuero dictus, tanquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna, epulanteis milites inducit, & ait:

—*fratruque per herbam. Hic meus est, dixere, dies.*

Elegantissime quidem affectum animorum incerta sorte pendetium expressit, sed parum Romani animi seruata est magnitudo. cœnant enim tanquam crastinum desperent. Quantum illis Laconibus animus erat, qui non poterat dicere: *Hic dies est meus.* Illud PORCELLVS grammaticus arguebat in hoc versu quasi solæcismum, quod cum plures induxisset, diceret, *Hic meus est dies: nō Dies hic est noster:* & in sententia optima accusabat id quod erat optimū. muta enim, vt *noster* sit, peribit omnis versus elegantiã: in quo hoc est decentissimum, quod ex cōmuni sermone trahitur. Nam quasi prouerbij loco est, *Hic dies meus est.* & cum ad sensum retuleris, ne Gramaticorū quidem calumnia, ab omnibus magnis ingeniis submouenda, habebit locum. Dixerunt enim non omnes simul, tanquam in chorum manu ducente Grammatico, sed singuli ex his, *Hic meus est dies.* Sed vt reuertar ad Leonidam & trecentos, pulcherrima illa fertur GLYCONIS sententia. \* In hac ipsa suasoria non sanè refero memoria vllam sententiam Græci cuiusquam, nisi DAMÆ, *πὸς φέρεις εἰς Ὀπέλη τέρας;* quid tu fugis in tenues muros? De positione loci eleganter dixit HATERIUS, cum angustias loci facundissime descripsisset, Natus trecentis locus. CESTIUS cum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adiecit, Per sepulchra nostra iurabitur. NICETAS longe disertius hanc phantasiã mouit, & adiecit; Nisi antiquior fuisset Xerxes quã Demosthenes Ciptoy, cui dicere hanc suam dixit sententiam, aut certe non deprehensam, cum descripsisset opportunitatem loci, & tuta vnlique pugnantium latera, & angustias à tergo positas, sed aduersa



hostibus. POTAMON magnus declamator fuit Mitylenis qui eodem tempore vixit, quo LESBOCLES magni nominis & nominis respondentis ingenij: in quibus quanta fuerit animorum diuersitas in simili fortuna, puto vobis indicandum: multo magis, quia ad vitam pertinet, quàm si ad eloquentiam pertineret. Vtrique filius iisdem diebus decessit. LESBOCLES scholam soluit, nemo vnquam ampliore animo se gessit. POTAMON à funere filij contulit se in scholam, & declamauit. Vtriusque tamen affectum temperandum puto: hic durius tulit fortunam quàm patrem decebat, ille mollius. Verum POTAMON cum suaforiam de trecentis diceret, tractabat, quàm turpiter fecissent Lacones hoc ipsum quòd deliberassent de fuga: & sic nouissime clausit. insanierunt in hac suaforia multi circa Otryaden. MYRRHEDIUS qui dixit, fugerunt Athenienses: non enim Otryadæ nostri litteras didicerant. SARCONIUS dixit: Otryades qui periit vt falleret, reuixit vt vinceret. LICINIUS NEPOS. Cum exemplo vobis etiam mortuis vincendum fuit. ANTONIUS ATTICVS inter plures sententias videretur palmam meruisse, dixit enim, Otryadæ pæne à sepulchro victor digitis vulnera gessit, vt trophæa Laconum inscriberet, dignum Spartano sacramento virum, cuius ne litteræ quidem fuere sine sanguine. CATTIVS CRISPVS Municipalis Gatozeos dixit post relatum exemplum, Otryadæ dicebat. municipalis. Aliud ceteros, aliud Laconas decet. Nos sine deliciis educamur, sine muris viuimus, sine vita vincimus. SENECIO fuit, cuius nomen ad vos potuit peruenisse, ingenij confusi ac turbulentis, qui cupiebat grandia dicere, adeo vt nouissime huius rei morbo & teneretur & rideretur. Nam & seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea vasa, non nisi grandia. Credatis mihi velim non iocanti, eo peruenit insania eius, vt calecos quoque maiores sumeret, ficus non esset nisi mariscas. Concubinam ingentis staturæ habebat. omnia grandia probabat: ei impositum est cognomen, vel, vt Messala ait, cognomentum; & vocati cœpit Senecio Grandio. Is in hac suaforia cum posuisset contradictionem, ait: Omnes qui missi erant à Græcia fugerunt, sublatis manibus, insistens summis digitis (sic enim solebat quo grandior fieret) exclamat: *Gaudeo, gaudeo.* Mirantibus nobis quid tantum boni

tam boni illi contigisset, adiecit: Totus Xerxes meus erit. Idem dixit: Ille qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscripsit, dilatauit profundum, nouam rerum naturæ faciem imperaret: ponat sanè contra cœlum astra, commilitones habeo deos. SENIANYVS multo potentius dixit: Terras armis obsidet, cœlum sagittis, maria vinculis: Lacones, nisi succurritis, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententiam referam VICTORIS STATORII, municipis mei, cuius tabulis memoria dignissimis aliquis suaforia occasione contradictionem sumpsit. At, inquit, trecenti sumus: & ita respondet: Trecenti, sed viri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis. LATRO in hac suaforia, cum tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & vincere, posse certe inuictos reuerti, & beneficio loci, tum illam sententiam: Si nihil aliud: erimus, &c. erimus certe belli mora. Postea memini auditore Latronis ABRONVM SILONEM, patrem huius Silonis, qui pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed posuit, recitate carmen, in quo agnouimus sensum Latronis his versibus:

*Ite agite ô Danaï, magnum Paana canentes:*

*Ite triumphantes, belli mora, concidit Hector.*

Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, vt vnus verba surripi non possent. At nunc cuilibet orationes inuertere tuto licet pro suis. Sed vt sciatis, sensum bene dictum, dici tamen posse melius, notate præ ceteris quanto decentius Virgilius dixerit hoc, quod valde erat celebre:

*Æneid. xi. v. 288.*

*—belli mora, concidit Hector. Item,*

*Quicquid apud dura cessatum est moria Troia,*

*Hectoris Æneaque manu victoria Graiùm Hæst,*

MESSALA aiebat, hic Virgilium debuisse desinere: quod sequitur,

*Et in decimum vestigia rettulit annum.*

explementum esse. MOECENAS hoc etiam priori comparabat. Sed vt ad Thermopylas reuertat, DIOELES CARYSTIVS dixit. \*APATRIVS dixit. \*CORVO testimonium stuporis reddendum est, qui dixit: Quid si iam



Xerxes ad nos suo mari nauigat, fugiamus antequam nobis terra surripiatur. Hic est CORVS, qui cum tentaret scholam Romæ, Summo illi qui Iudæos subegerat, declamauit controuersiam de ea, quæ apud matronas differēbat, liberos non esse tollendos, & ob hoc accusatur Reip. læsæ. In hac controuersia sententia eius hæc ridebatur. Inter pyxides & redolentis animæ medicamina constitit mytrata concio. Sed si vultis, historicum quoque vobis fatuum dabo. THYSEVS ille, qui Scaurum Mæmercum, in quo Scaurorum familia extincta est, maiestatis reum fecerat, homo quam improbi animi, tam infelicis ingenij, cum hanc suaforiam declamaret, dixit: Expectemus, si nihil aliud, hoc effectum, ne insolens barbarus dicat: VENI, VIDI, VICI. cum hoc post multos annos Diuus Iulius victo Pharnace dixerit. DVRIO dixit. \* ANDREAS aiebat. NICOCRATIS Lacedæmonis insignem hanc sententiã fuisse futuram, si media interciderentur. Sed ne vos diutius infatuum, qui prædixeram me FVSCI ARELLII explanationes subiecturum, finem suaforiæ faciam, quarum nimius cultus & fracta compositio poterit vos offendere, cum ad meam ætatem veneritis. Interim non dubito, quin nunc vos ipsa, quæ offensura sunt, vitia delectent.

## SVASORIA III.

**D**ELIBERAT Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chalcante aliter nauigari posse.

ARELLII FVSCI. Non in aliam condicionem Deus fudit æquora, quam ne omnis ex voto irer dies. nec ea fors mari tantum est, ceterum ipsa non sub ea eadem condicione sidera sunt. Alia negatis imbribus exiunt solum, & miseri cremata agricolæ legunt semina, & hæc interdum anno lex est: alius serena clauduntur, & omne cœlum nubo graue, subsidit solum, & creditum sub terra non retinet: alius incertis sideribus cursum est, & variantur tempora, neque soles nimis vigent, neque vltra debitum imbres cadunt: quicquid aperaturem æstus est, quicquid nimio defluxit imbre, inuicem temperatur altero: siue ita natura disposuit, siue (vt ferunt) luna cursu gerit: quæ siue plena  
lucis

lucis suæ est, splendensque pariter affurgit in cornua, imbres prohibet; siue occupata nubilo, sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quam in lucem redit: siue ne lunæ quidē ipsa potentia est, sed status qui occupauere annum, tenēt, quidquid bonū est. Extra iussum Dei tutum fuit adultero mare. An non potero vindicare adulteram? prior est salus pudicæ. Ne quid virginitati huius timerem, persequerbar adulterum. Victa Troia virginibus hostium parcam: nihil adhuc virgo Priami timeret. **CESTIIPII.** Vos ergo ad hanc diem immortales inuoco, sic reclusuri estis maria? Obstate potius\*. Ne Priami quidem liberos immolaturus es. Describe nunc tempestatem. Omnia ista patimur, nec parricidium fecimus. Quod hoc sacrum est, virginis deæ templo virginem occidere? libentius hanc sacerdotem habebit quam victimam. **CORNELII HISPANI.** Infeste, inquit, sunt tempestates, & sæuiūt maria: neq; adhuc parricidium feci. Ista maria si numine suo Deus regeret, adulteris clauderentur. **MARILLII.** Si non datur nobis ad bellum iter, reuertamur ad liberos. **ARGENTARI.** Iterum in malum familiæ nostræ fatale reuoluimur, propter adulteram fratris liberi pereunt: ista mercede nollem reuerti. At Priamus bellum pro adultero filio gerat.

**DIUISIO.** Hanc stragem sic diuisit **FVSCVS**, vt diceret etiam si aliter nauigare non possent, non esse faciendum, & sic tractauit, vt negaret faciendum, quia homicidium esset, quia parricidium: quia plus impederetur, quam peteretur, peti adulteram, impendi Iphigeniam, vindicari adulterium, committi parricidium. Deinde dixit, etiam si non immolasset, nauigaturum: Illam enim moram nature maris & ventorum esse, deorum voluntatem ab hominibus non intelligi. Hoc **CESTIVS** diligenter diuisit, dixit enim, deos rebus humanis non interponere arbitrium suum. si interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi, vt intelligatur, non posse fata reuocari. si non sint fata, facta profutura: si sint, non posse mutari. **SILIO POMPEIVS** etiam si quod esset diuinandi genus certū, auguriis negauit credendū: quare ergo si nescit Calchas, affirmat primū & scire putat? Hic communem locum dixit in omnes qui affectarent scientiam: deinde irascitur sibi, inuitus militat querit sibi tam magno testimonio apud omnes gentes si-



dem. In ea descriptione primum in hæc suaforia Fvs evs ARELLIVS Virgilij versus voluit imitari. Valde autem longè petit, & pæne repugnat materiæ, certe non desideranti inseruit. Ait enim de luna, quæ siue plena lucis suæ est, splendensque pariter affurgit in cornua, imbres prohibet: siue occupata nubilo fordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quàm vicem reddidit. At Virgilius hæc quanto simplicius & beatius dixit:

Georg. 424.

*Luna revertentes cum primum colligit ignes,  
Si nigrum obscuro comprehenderit aera cornu,  
Maximus agricolis, pelagoque parabitur imber.*

Et rursus:

Ibid. I. 432.

*Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)*

*Plena, neque obtusis per cælum cornibus ibit.*

Solebat autem ex Virgilio Fvs evs multa trahere, vt Mæcenati imputaret. Totiens enim pro beneficio narrabat, in aliqua se Virgiliana descriptione placuisse: sicut in hac ipsa suaforia dixit: Cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os Deus elegit? cur hoc potissimum sortitur poetis? quod tantum non impie aiebat se imitatum Virgilium, PLENA DEO? Solet autem Gallio noster hoc aptissime ponere. Memini vna nos ab auditione NICETIS ad Messalam venisse. Nicetes suo impetu valde Græcis placuit. Quærebat à Gallione Messala, quid illi visus esset. Nicetes? GALLIO ait, PLENA DEO: quotiens audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholastici caldos vocant: statim dicebat, PLENA DEO. Ipse Messala nunquam aliter eum ab hominis auditione venientem interrogabat, quàm vt diceret: NVNQVID PLENA DEO? Itaque hoc ipsi tam familiare erat, vt inuito quoque excideret. Apud Cæsarem cum mentio esset de ingenio Haterij, consuetudine prolapsus, dixit: ET ILLE ERIT PLENA DEO: Quærenti deinde quid hoc esse vellet, versus Virgilij retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset, & nunquam postea potuisset excidere. Tiberius ipse Theodorus offendebatur Nicetis ingenio, atque delectatus est fabula Gallionis: hoc autem dicebat Gallio, Nasoni tuo valde placuisse: itaque fecisse quod in multis

aliis

aliis versibus Virgilius fecerat, non surripiendi causa, sed palam imitandi, hoc animo vt vellet agnosci, esse autem in tragœdia eius: FEROR HVC ILLVC, VL PLENA DEO. Iam vultis ad FVSCVM reuertat, & descriptionibus eius vos satiabo. Hæc potissimum ex his quas in similitudinis tractatione posuit, cum diceret omnino non concessam futurorum scientiam.

## SVASORIA IV.

**D**ELIBERAT *Alexander Magnus, an Babyloniã intret; cum denunciatum esset illi responso auguris periculum.*

ARELLII FVSCI. Quis est qui futurorum scientiam sibi vindicet? nouæ oportet sortis sit, qui iubente Deo canat. non eodem contentus sit vteroque, quo imprudentes nascimur, quandam imaginem Dei præferat, qui iusta exhibeat Dei. sic est. Tantum enim regem, tantique rectorem orbis esse in metu cogit: magnus iste & supra humanæ sortis habitum oportet sit, cui liceat terrere Alexandrum: Ponat iste suos inter sidera patres; & originem cœlo trahat: agnoscat suum vatem Deus, non eodem cludatur vitæ sine, ætate magna extra omnem futurorum necessitatem caput sit, quod gentibus futura præcipiat. Si vera sunt ista, quid ita non huic studio seruit omnis ætas? Cur non ab infantia rerum naturam deosque qua licet, visimus? cum pateant nobis sidera, & interesse numinibus liceat, quid ita inutili desidemus facundia; aut periculosis acribitur armis manus? an melius alio pignore quàm futuri scientia, ingenia surrexerint? Qui verò in media se, vt prædicant, fatorum misere pignora, natales inquirunt, & prima mediolorum annorum habent initia, quo ierint motu sidera, in quas discurrerint parteis: contra ne Deus steterit: an placidus affulserit sol: an plenam lucem, an initia surgentis acceperint: an abdiderit in noctem obscurum caput luna: Saturnus nascentem, an ad bella Mars militem, an negotiosum in quæstus Mercurius exceperit: an blanda annuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime Iupiter tulerit. Existimant tot circa vnum caput tumultuantis Deos? Futura nuntiant. Plerosque dixere victuros: &



nihil metuentes oppressit dies, aliis dedere finem propinquum: at illi superfuere. Egentes, inutilis animæ felices nascentibus annos sponderunt: at fortuna in omnem properavit iniuriam. Incertæ enim sortis vivimus: vnicuique ista pro ingenio finguntur, non ex scientiæ vi. Deerit aliquis toto orbe locus qui te victorem non viderit? Babylonem cluditur, cui patuit Oceanus.

**DIVISIO.** In hac suaforia nihil aliud tractasse **FVS CVM** scio, quàm easdem, quas supra retuli, quæstiones, ad scientiam futuri pertinentes. Illud quod nos delectavit præterire non possum. Declamitabat **FVS CVS ARELLIVS** controuersiam de illa, quæ postea quam ter mortuos pepereerat, somniasse se dixit, ut in loco pareret. Valde in vos contumeliosus fuero, si totam controuersiam, quam ego intelligo me dicere, **FVS CVS** declamaret, & apertè, aut non agnoscentis puerum, tractaret locum contra somnia, & deorum prouidentiam, & male de magnitudine deorum dixisset mereri eum, qui illos circa puerperas mitteret, summis clamoribus dixit illum Virgilij versum.

*Æneid. 4. v. 379.*

*Scilicet is superis labor est, ea cura quietos  
Solicitat.*

Auditor **FVS CRT** quidam, cuius pudori parco, cum hanc suaforiam de Alexandro ante Fuscum diceret, putauit æque belle poni versum eundem, dixit:

*Scilicet is superis labor est, ea cura quietos  
Solicitat.*

**FVS CVS** illi ait: Si hoc dixisses audiente Alexandro, scires apud Virgilium & illum versum esse:

*Æneid. 2. v. 553. & lib. 10. v. 536.*

*Capulo tenuis abdidit ensem.*

Et quia soletis mihi molesti esse de **FVS CO**, quid fuerit quare nemo videretur dixisse cultius, ingerem vobis Fuscinas explicationes. Dicebat autem suaforias libentissime, & frequentius Græcas quàm Latinas. **HYBREAS** in hæc suaforia dixit: *ὄϊον ἔρχηκε Βαβυλωνῶν μνηστῆρ ὄχρῶμα κρο*  
*Qualem Babylon uasem habuit pro monumento.*

## SVASORIA V.

**D**ELIBERANT Athenienses, an trophæa Persæ tollant,  
Xerxe minante rediturum se, nisi tollerentur.

**ARELLII FVSCI.** Pudet me victoriæ vestræ: sic fugatum creditis Xerxen, vt reuerti possit? tot cæsa millia, nihil ex hac acie relictum minanti, nisi quod vix sequi fugientem possit, totiens mersa classis. Quid Marathonæ: quid Salamina referam? Pudet dicere, dubitamus adhuc, an vicerimus. Xerxes veniet? At nescio quomodo languet circa memoriam iacturæ animus, & disturbata arma non reperit. Prior enim metus, futuri pignus esset, amissa, ne audeat, amissorum monent. vt in gaudia interdum surgit animus, & spem ex præsentis metitur, ita aduersis frangitur. Omnis est sic animum dies, vbi ignominia spem premit, vbi nullam meminit aciem, nisi quæ fugerit: errat circa damna sua, & quæ mala expertus est, vota deponit. Si venturus esset, non minateretur. Suis ira ardet ignibus, & impæta non soluitur. non denuntiaret, si venturus esset: neque armaret nos nuntio; nec infligeret victricem Græciam, nec sollicitaret arma felicia: magis superueniret improuidus, nam & arma indenuntiata moteretur. quantumcunque Oriens valuit, primo in Græciam impetu effusum est: hoc ille numero ferox, & in deos arma tulerat, extincta tot ante Xerxen millia, tot sub ipso iacent? nulli nisi qui fugerunt, supersunt. Quid dicam Salamina? Quid Cynægyron referam? & te Polyteles? & hoc agitur, an viceris? Hæc ego trophæa deposui, hæc in totius Græciæ conspectu statui, ne quis timeret Xerxen minantem. Me miserum, pugnante Xerxe trophæa posui, fugiente tollam? Nunc Athenæ vincimur. non tantum credetur rediisse, sed vidisse Xerxes. Non potest Xerxes, nisi per nos trophæa tollere. Credite mihi, difficile est attritas opes recolligere; & spes fractas nouare, & pœnitenda acie in melioris euentus fiduciam surgere. **CESTII PII.** Inferam, inquit, bellum, alia mihi trophæa promittit. potest maior venire quàm victus est? **ARGENTARII.** Non pudet vos? plus trophæa vestra Xerxes æstimat, quàm vos.

**DIVISTO. FVSCVS** sic diuisit. Etiam si venturus est Xerxes, nisi tollimus, non sunt trophæa tollenda. Confessio feruituris est iusta facere; si venerit, vincemus. hoc non



est diu colligendum. de eo dico, vincemus, quem vicimus. Sed nec veniet quidem. si venturus esset, nec denunciaret. Fractus est & viribus & animo CESTIVS, & aliud dicit, quod in prima parte tractavit, non licere Atheniensibus trophæa tollere: commune in illis ius totius Græciæ esse, commune bellum fuisse, deinde nefas quidem esse: nunquam factum, ut quisquam consecratis virtutis suæ operibus manus adfertet. Ita trophæa non sint Atheniensium: deorum sunt, illorum bellum fuit: Illos Xerxes vinculis, illos sagittis persequabatur. hæc omnia ad impiam & superbiam Xerxis militiam pertinent. Ecquid: ergo bellum habebimus? Habebimus, etsi Xerxen remouebis, inuenietur alius hostis. Nunquam magna imperia otiosa. Omnium bellorum prosperè ab Atheniensibus gestorum. Deinde non erit bellum. Xerxes enim non veniet. multo timidores esse qui superbissimi fuerint? Nouissimè ut veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriæ nostræ colliget: Illos adducet, quos priore bello quasi inutiles reliquias nouit, si qui ex fuga consecuti sunt. Nullum habet militem, nisi aut fastiditum, aut victum. ARGENTARIVS his duobus contentus fuit, aut non venturum Xerxen, aut non esse metuendum, si venierit. His solis institit: & illud dixit quod exceptum est: Tollite, inquit, trophæa. Si vicisti, quid erubescis? si victus es, quid imperas? Locum mouit non vtiliter: iudicare quidem se, neque Xerxen, neque iam quenquam Persarum ausurum in Græciam effundere: sed eo magis ipsis trophæa tuenda. Si quis vnquam illinc venturus hostis esset, ut conspectu trophæorum animi militum accenderentur, hostium frangerentur. BLANDVS dixit: Repleat ipse prius hiatus, & maria in antiquam faciem reducat. Apparere voluit posteris quemadmodum venerit: appareat etiam quemadmodum redierit. TRIARIVS omni dimissa diuisione, tantum exultauit quod audierit Xerxen venire ad se, ipsis nouam victoriam, noua trophæa. SILO POMPEIVS venusto genere sententiæ vsus est. Nisi tollitis, inquit, trophæa, ego veniam: hoc ait Xerxes: Nisi hæc trophæa tollitis, alia ponetis. Aliam partem solus GALLIO declamauit, & hortatus est ad tollenda trophæa, dixit, gloriæ nihil detrahi: mansuram enim memoriam victoriæ

victoriæ, quæ perpetua esset: ipsa trophæa & tempestati-  
bus & arate consumi: bellum suscipiendum fuisse pro li-  
bertate, pro coniugibus, pro liberis: pro re superuacua, &  
nihil nocitura, si fieret, non esse suscipiendum. Hic dixit,  
vtique venturum Xerxen, & descripsit aduersus ipsos deos  
tumentem: deinde habere illum magnas vires: neque  
omnes illum copias in Græciam produxisse, nec omnes in  
Græcia perdidisse: timendam esse fortunæ varietatem: ex-  
haustas esse Græciæ vires, nec posse jam pati alterum bel-  
lum. illi esse imensam multitudinem hominum. Hoc  
loco disertissimam sententiam dixit, quæ vel in oratione  
vel in historia ponitur: Diutius illi perire possunt, quàm  
nec vincere.

## SVASORIA VI.

**D**ELIBERAT Cicero, an Antonium deprecetur.

**Q. HATERIVS.** Sciant posterì, potuisse Antonio ser-  
uire Rempublicam, non potuisse Ciceronem. Laudandus  
erit tibi Antonius: in hac causa etiam Ciceronem verba  
deficient. Crede mihi, cum diligenter te custodieris, faciet  
tamen Antonius quod Cicero tacere non possit. Si in-  
telligis, Cicero, non dicit, Roga vt viuas: sed Roga vt ser-  
uias, quemadmodum autem hunc senatum intrare pote-  
ris exhaustum crudeliter, repletum turpiter? Intrare au-  
tem tu senatum voles, in quo non Cn. Pompeium visurus  
es, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortensium, non  
Lentulum atque Marcellum: non tuos, inquam, Coss. Hir-  
cium & Pansam? Cicero quid in alieno sæculo tibi? Iam  
nostra peracta sunt. M. Cato solus maximum viuendi mo-  
riendique exemplum, mori maluit quàm rogare: nec erat  
Antonium rogaturus, & illas vsque ad vltimum diem  
puras à ciuili languine manus, in se infestas, accerrimè ar-  
mauit. Scipio cum gladium poni iussus foret, dicitur abdi-  
disse se. quærentibus qui in nauem transferant militibus  
Imperatorem: *Imperator*, inquit, *bene se habet*. Victus vo-  
cem victoris emisit. Verat, inquit, Milo rogari, iudices, vir  
clarissimus: nunc & Antonium Roga. **PORCII LATRO-  
NIS.** Ergo loquitur Imperator Cicero, vt non timeat Anto-



nus : loquatur vnquam Antonius , vt Cicero timeat ? Ci-  
uilibus sanguinis Sillana stis in ciuitate redit , & ad triumui-  
ralem hastam pro vestigalibus ciuium Romanoium mor-  
tes locantur. Inuisita bella albo Pharsalica , ac Mundensis  
Mutinensisque ruina vincitur , consularia capita auto re-  
penduntur. Tuis verbis Cicero vtendum est : *Q tempora, &*  
*mores.* videbis arduos crudelitate simul ac superbia ocu-  
los : videbis illum non hominis , sed belli ciuilibus vultum :  
videbis illas fauces per quas Cn. Pompeij bona transfe-  
runt, illa latera , illam totius corporis gladiatoriam firmi-  
tatem, videbis istum pro tribunali loco, quem magister  
equitum, cui ructare turpe erat, vomitu scœdeuerat. Sup-  
plex accidens genibus deprecaberis . & ore cui se debet sa-  
lus publica, humilia in adulationem verba submittes? Pu-  
deat Verrem quoque , quia proscripsum fortius perit. **CY-  
RI MARILLII EBERNICII.** Occurrat tibi Cato tuus,  
cuius à te laudata mors est. Quicquam ergo tanti putas,  
vt vitam Antonio debeas? **CESTII PII.** Si ad desiderium  
populi respicis Cicero, quandoque perieris : parum vixisti:  
si ad res gestas, satis vixisti: si ad iniurias fortunæ & præsen-  
tem Reipublicæ statum, nimium diu vixisti : si ad memo-  
riam operum tuorum, semper victurus es. **POMPEII SI-  
LONIS.** Scias licet, tibi non expedire viuere, si Antonius  
permittit vt viuas. Tacebis ergo proscribente Antonio  
& Republicam laniante, & ne gemitus quidem tuus li-  
ber erit? Malo populus Romanus mortuum Ciceronem  
quam viuum desideret. **TRIARII.** Quæ Charybdis est tam  
vorax? Charybdin dixi? quæ si fuit, animal vnum fuit. Vix  
medius fidius Oceanus tot res tamque diuersas vno tem-  
pore absorbere potuisset. Huic tu sauenti putas Cice-  
ronem posse subduci? **ARELLI FVSCI.** Ab armis ad arma  
discurritur : foris victores domi trucidamur, dum in san-  
guine intestinus hostis incubat, quis non hoc populi Ro-  
mani statu Ciceronem vt viuat, cogi putat? Rogabis Ci-  
cero tui pater Antonium, frustra. Non te ignobilis tumu-  
lus abscondet : idem virtutis tuæ qui finis est immortalium  
humanorum operum cultos memoria, quæ mansuri vita  
perpetua est in omnia te sæcula sacratum dabit. Nihil aliud  
intercedit, quam corpus fragilitatis caducæ, morbis  
obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus obiectum.

Animus



animus vero diuina origine haustus, cui nec senectus vlla, nec mors, onerosi corporis vinculis exsolutus, ad sedes suas & cognata sydera recurret. Et tamen si ad ætatem, annorumque, nunquam obseruatum viris fortibus numerum respicimus, sexaginta supergressus es: nec potes videri non nimis vixisse, qui moreris Reipublicæ superstes. Vidimus furentia toto orbe ciuilia arma, & post Italicas Pharsalicasque acies Romanum sanguinem hausit Ægyptus: quid indignamur in Ciceronem Antonio licere? Sic in Pompeium Alexandrino licuit. An non occiduntur, qui ad indignos confugiunt? CORNELII HISPANI. Proscriptus est ille, qui tuam sententiam secutus est: tota tabula tuæ morti præluditur, alter fratrem proscribi, alter auunculum patitur: quid habes spei? Vt Cicero periret, tot patricidia facta sunt. Repete, age tot patrocinia, tot clientelas, & maximum beneficiorum tuorum teipsum: iam intelliges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse. ARGENTARIJ. Explicantur triumuiralis regni delicata conuiuia, & popina tributo gentium instruitur: ipse vino & somno marcidus deficienteis oculos ad capita proscriptorum leuat. Iam ad ista non satis est dicere. O hominem nequam!

DIVISO. Latro sic hanc diuisit omnem suaforiam: Etiam si impetrares vitam ab Antonio, non est tanti rogare: deinde impetrare non potes. In priore illa parte posuit: Turpe esset cuilibet Romano, nedum Ciceroni, vitam rogare. Hoc loco omnium, qui vltro mortem apprehendissent, exempla posuit: deinde inutilis illi sua vita futura proponitur, morte grauior, detracta libertate. Hic omnem acerbitatem seruitutis futuræ descripsit, deinde non futurum fidei impetratæ beneficium. Hic cum dixisset, Aliquid erit quod Antonium offendat, aut factum tuum, aut dictum, aut silentium, aut vultus: adiecit sententiam: Haud enim placiturus es. ALBERTVS aliter diuisit. primam partem fecit, moriendum esse Ciceroni, etiam si nemo proscriberet, hæc insectatio temporum fuit. deinde moriendum est: ille enim se sua sponte conseceret, quia moriendum esset, etiam si mori noluisset: graues odiorum causas esse: maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus tentauit dicere, non vnum illi



esse Antonium infestum. Hoc loco dixit illam sententiam: Si cui ex triumuiris non es inuisus, grauis es. Et illa sententia valde excepta est: Roga Cicero, exora vnum, vt tribus seruias. **CES T I V S** sic diuisit: Mori tibi vtile est, honestum est, necesse est, vt liber & illibatae dignitatis consumes vitam. Hic illam sententiam dixit audacem: Vt numereris cum Catone, qui seruire nec Antonio quidem nondum domino potuit. **MARCELLVS** hunc sensum de Catone melius. Vtque eone omnia cum fortuna populi Romani conuersa sunt, vt aliquis deliberet, vtrum satius sit viuere cum Antonio, An mori cum Catone? Sed ad diuisionem **CES T I I** reuertamur. Dixit vtile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur: non simplici illum modo periturum, si in Antonij manus incidisset. & in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni, & verbera, & tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam: Tu mehercules, Cicero, cum veneris ad Antonium mortem rogabis. **VARIVS GEMINVS** sic diuisit: Hortaret te, si alterutrum vtiue faciendum esset, aut moriendum, aut rogandum, vt morereris potius, quam rogares. & omnia complexus est, quae a ceteris dicta erant, sed addidit & tertium: adhortatus est illum ad fugam, illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. Et adiecit illam sententiam, quam Cassius Severus vtiue mirabatur: Quid deficiemus? & Respub. suos triumuiros habet. Deinde etiam quas petere posset regiones percurrit. Siciliam dixit vindicatam esse ab illo, Ciliciam a Proconsule egregie administratam, familiares studij eius & Achaiam & Asiam: Deiotari regnum obligatum beneficiis: Aegyptum & habere beneficij memoriam & agere perfidiae poenitentiam, sed maxime illum in Asiam & Macedoniam hortatus est in Cassij & in Bruti Castra. Iam **CASSIVS SEVERVS** aiebat, alios declamasse, Varium Geminum viuum consilium dedisse.

Alteram partem pauci declamauerunt: nemo ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari, bene de Ciceronis animo iudicauerunt. **GEMINVS VARIVS** declamauit alteram quoque partem, & ait: Spero me Ciceroni meo persuasurum, vt velit viuere, quod grandia loquitur, & dicit: Mors nec immatura consulari, nec misera sapienti, non mouet me. idiotam petit. Ego belle mores homi-



hominis noui: faciet, rogabit. Nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit: iam collum tritum habet, & Pompeius illum, & Cæsar subiecerunt. Veteranum mancipium videtis: & complura alia dixit scurrilia, vt illi mos erat. Diuisit sic, vt diceret non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum. In priori parte illud posuit, non esse turpe, ciuem victorem rogari à victo: hic quàm multi rogassent C. Cæsarem, hic & Ligarium. Deinde ne iniquum esse quidem Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscriptississet, qui & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem ac dato rogari. Deinde non pro vita illum, sed pro Republica rogaturum: satis illum sibi vixisse, Reip. parum. In sequenti parte dixit, exorari solere inimicos, ipsum exoratum à Vatino. C. quoque Verri affuisse. facilius exorari Antonium posse, qui cum tertius esset, ne quis tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præteriret. Fortasse irasci Antonium, qui ne tanti quidem putasset illum quem rogaret. Fuga quam periculosa esset. adiecit: Quocumque peruenisset, seruiendum illi esse: ferendam aut Cassij violentiam, aut Bruti superbiam, aut Pompeij stultitiam. Quando in hanc suasoriam iudicimus, non alienum puto, indicare quomodo quisque se ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. Namque Cicero nec tam timidus fuerit vt rogaret Antonium, nec tam stultus vt exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Asinio Pollione, qui infestissimus famæ Ciceronis permansit, & is etiam occasionem scholasticis dedit. Solent enim scholastici declamatores ponere, *An promittente salutem Antonio, orationes suas comburat.*

### HISTORICORVM DE CICERONE

*Elogia: aliis suasoria VII.*

Hæc ineptè ficta cuiilibet videri potest. Pollio vult illam veram videri: ita enim dixit illa oratione quam pro Lamia dedit. **ASINI POLLIONIS.** Itaque nunquam perficeret, nec mora fuit, quin eiuraret, suas esse, quas cupidissime effuderat orationes in Antonium, multiplicesque numero, & accuratius scripserat illis contrarias edere, ac vel ipse palam pro concione recitare



pollicebatur: ceteraque his alia sordidiora multo: vt tibi facile liqueret: hoc totum adeo falsum esse, vt ne ipse quidem POLLIO in historicis suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum hæc dixisse (nec enim mentiri sub triumuirorum conscientia substinebat) sed postea composuisse. Nolo autem vos iuuenes mei contristari, quod a declamatoribus ad historicos transeo: satisfaciam vobis, & fortasse efficiam, vt his sententiis lectis solidis, & verum habentibus, recedatis æquiores. Hoc si tamen recta via consequi poterò, decipere vos cogar, veluti salutem pueris daturus portionem absinthiati poculi. Liuius adeo detrectationis consilium habuisse Ciceronem non dicit, vt neget tempus habuisse. Ita enim ait. LIVII. M. Cicero sub aduentum triumuirorum cesserat vrbe, pro certo habens id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Cæsari Cassium & Brutum posse: primo in Tusculanum fugit: inde transuersis itineribus in Formianum, vt ab Caieta nauim conscensurus, proficiscitur. Vnde aliquotiens in altum procutum cum modo venti aduersi retulissent, modo ipse iactationem nauis cæco volente fluctu pati non posset, tædium tandem eum & fugæ & vitæ cepit, regressusque ad superiorem villam, quæ paulo plus mille passibus à mari abest, Motiar, inquit, in patria sæpe seruata. Satis constat, seruos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum, ipsum deponi lecticam, & quietos pati, quod fors iniqua cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica, præbentique immotam ceruicem, caput præcisum est. Nec satis stolidæ crudelitati militum fuit, manus quoque scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes præcederunt. Ita relatum caput ad Antonium, iussuque eius inter duas manus in rostris positum, vbi ille consul, vbi sæpe consularis, vbi eo ipso anno aduersus Antonium, quanta nulla vnquam humana vox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat: vix attolentes lacrymis oculos homines intueri trucidata membra eius poterant. BASSVS AVFIDIVS, & ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin fortiter se morti non præbuerit tantum, sed obtulerit. AVFIDIJ BASSI. Cicero paulum remoto velo, postquam armatos vidit: Ego vero confisto, ait: ac cœde vetera-



ne, & si hoc saltem potes recte facere, incide ceruicem. Trementi deinde, dubitantique: Quid si ad me, inquit, primum venissetis? CREMVTIVS CORDVS & ipse ait, Ciceronem cum cogitasset, vnumue Brutum, an Cassium, an Sextum Pompeium peteret, omnia illi displicuisse, præter mortem. CREMVTII CORDI. Quibus visis lætus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset esse, quippe non satiatus modo cædendis civibus, sed defectus quoque iussit pro rostris exponi. Itaque quo sapius ille ingenij circumfusus turba processerat, quæ paulo ante coluerat piis concionibus, quibus multorum capita seruauerat, tum artus suos lætus aliter ac solitus erat, à cuius suis conspectus est, prætendenti capiti, oriq̄ue eius impensa sanie, breui ante princeps senatus Romanique nominis titulus, tum pretium imperfectionis sui. Præcipue tamen soluit pectora omnium in lacrymas gemituq̄ue, visa ad caput eius deligata manus dextera, diuinæ eloquentiæ ministra: ceterorumq̄ue cædes priuatos luctus excitauerunt; illa vna communem. BRVTIDII NIGRI. Elapsus interim altera parte villæ Cicero lectica per agros ferebatur: sed, vt vidit appropinquare norum sibi militem, Popilium nomine, memor defensum à se, lætiore vultu aspexit. At ille, victoribus id ipsum imputaturus, occupat facinus, caputq̄ue decisum nihil in vltimo fine vitæ facientis, quod alterutram in partem posset morari. Antonio portat, oblitus se paulo ante defensum ab illo: Et hic voluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine rei obrutus est. Item BRVTIDII NIGRI. At vero iussu Antonij inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, dato gemitu & flexu maximi viri inferiæ, nec vt solet, ita depositi in rostris corporis concio audiuit, sed ipsa narrauit. Nulla non pars fori aliquo actionis merita signata vestigio erat. Nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur: hoc certe publicum beneficium palam erat, illam miserrimi temporis seruitutem ac aleam delatam in Antonium. Quotiens magni alicuius mors ab historicis narrata est, totiens fere totius consummatio vitæ, & quasi funebris laudatio redditur. Hoc semel atque iterum à Thucydide factum, idem in paucis-



o: vt tibi  
 ipse qui-  
 ut. Huic  
 negant  
 rum con-  
 solo autem  
 bus ad hi-  
 tiam, vt  
 receda-  
 tero, de-  
 rus portio-  
 nis consi-  
 tempus ha-  
 entum tri-  
 quod erat,  
 um & Bru-  
 transtueris  
 a conscen-  
 um proue-  
 modo ipse  
 non pos-  
 egressus-  
 ille passi-  
 e seruata.  
 atos fuisse  
 ceros pati,  
 ex lectica,  
 ecisum est.  
 manus quo-  
 res præcide-  
 que eius in-  
 onsul, vbi  
 Antonium,  
 admiratione  
 rymis oculos  
 ant. BASSVS  
 nis dubitauit,  
 sed obtulerit.  
 o velo, post-  
 acede vetera-



simis personis vsurpatum à Sallustio, Livijs benignius omnibus magnis viris præstitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, vt Græco verbo vtar, *ἐπιπέφικεν* Livijs reddit. T. L. VII. vixit tres & sexaginta annos, vt si vis adfuisse, ne immatura quidem mors videri possit: ingenium & operibus & præmijs operum felix: ipse fortunæ diu prospere & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus vulneribus, exilio, ruina partium pro quibus steterat, filia morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium aduersorum, nihil vt viro dignum erat, tulit, præter mortem, quæ verè æstimanti minus indigna videri potuit, quod à victore inimico nil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunæ compos ipse fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia pensaris, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes sequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Vt est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum æstimator, T. Livijs, plenissimum testimonium Ciceroni reddidit. CORDI CREMYTII non est operæ, deferre etiam redditam Ciceroni laudationem. Nihil enim in ipsa Cicerone dignum est: ac ne hoc quidem, quod pæne maximum est, tolerabile est. CREMYTII CORDI. Priuatas enim similitates deponendas interdum putabat, publicas nunquam. Vides credendam eius non solum magnitudinem virtutum, sed multitudinem quoque conspiciendam. AVFIDIJ BASSI. Sic M. Cicero decessit, vir natus ad Reipub. salutem: quæ diu defensa & administrata, in senectute demum è manibus eius elabitur, non ipsius vitio læsa, quod nihil in salute eius aliud illi, quam si caruisset Antonio, placuit. Vixit sexaginta & tres annos, ita vt semper aut peteret alterum aut inuicem peteretur: nullamque rem rarius, quam diem illum quo nullius interesset ipsum mori, vidit. POLLIO quoque ASINIUS, qui Verrem Ciceronis reum fortissimè morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen, quamuis inuitus, plenum ei reddit. ASINII POLLIONIS. Huius ergo viri tot tantisque operibus mansuris in omne æuum, prædicare de ingenio atque industria superuacuum est. Natura autem pariter atque fortuna obscura est. Ei quidem facies decora ad senectutem, prosperaque permansit valetudo: tum pax diuina,

tina, cuius instructus erat artibus, contigit. namque à pri-  
 sca seueritate iudicis exacti, maximorum noxiorum mul-  
 titudo prouenit, quos obstrictos patrocínio incolumes ple-  
 rosque habeat. iam felicissima consularis ei fors petendi &  
 gerendi magna munera, deum consilio industriaque. uti-  
 nam moderatius secundas res, & fortius aduersas ferre po-  
 tuisset, namque utraque cum venerant ei, mutari eas non  
 posse rebatur. Inde sunt inuidiæ tempestates coortæ gra-  
 ues in eum, certiorque inimicis aggrediendi fiducia: ma-  
 iore enim similitates apperebat animo, quàm gerebat. Sed  
 quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, quam  
 maior pars vitæ atque ingenij stetit, ea iudicandum de ho-  
 mine est. Atque ego ne miserandi quidem exitus eum  
 fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset.  
 Affirmare vobis possum, nihil esse in historiis eius, quem  
 retuli, loco disertius: ut mihi tunc non laudasse Ciceronem,  
 sed certasse cum Cicerone videatur. Nec hoc deterrendi  
 causa dico, ne historias eius legere concupiscatis: concu-  
 piscite, & pœnas Ciceroni dabit. Nemo tamen ex tot di-  
 sertissimis viris melius Ciceronis mortem deplorauit, quàm  
 Cornelius Seuerus.

## CORNELII SEVERI.

*Oraque magnanimùm spirantia pœne virorum  
 In rostris iacuerè suis: sed enim abstulit omnis,  
 Tanquam sola foret rapti Ciceponis imago.  
 Tunc redeunt animis ingentia Consulis acta,  
 Iuraraqque manus, deprensaque fœdera noxe,  
 Patriciùmque nefas: est tunc & pœna Cethegi,  
 Deiectusque redit votis Catilina nefandis,  
 Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus annì  
 Profuerunt? sacris exacta quid artibus aras?  
 Abstulit vna dies ciuis decus, icætaque lustris  
 Conticuit Latia tristis facundia lingua,  
 Vnica sollicitis quondam tutela salûsque,  
 Egregium semper patria caput, ille senatus  
 Vindex, ille fori, legum ritûsque togaque.  
 Publica vox ciuis æternum obmutuit armis.  
 Informes vnus. sparsumque crnore nefando*



Canicem sacrasque manus, operumque ministras  
 Tantorum, pedibus cuius proiecta superbis  
 Procul: auit ouans: nec lubrica fata deosque  
 Respexit, nullo luet hoc Antonius auo:  
 Hac nec Æmatio mitis victoria Perse,  
 Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo.  
 Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha  
 Affuerant, nostraque cadens ferus Hannibal ira,  
 Membra tamen stygias tulit inuiolata sub umbras.

Non laudabo municipem nostrum bono versu, ex quo hic  
 multo melior CORNELII SEVERI processit:

*Centricuit Latia tristis facundia lingua.*

SEXTILIUS ET A fuit homo ingeniosus magis quam eruditus: inæqualis poeta, & pœne quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. Is hanc ipsam proscriptionem recitatus in domo Messallæ Coruini; Pollionem Afium aduocauerat: & in principio hunc versum non sine assensu recitauit.

*Descendens Cicero est, Latiaque silentia lingua.*

Pollio Afibus non æquo animo tulit, & ait: Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua, videris: ego istum auditurus non sum, cui mutus videor, atque ita confurrexit, ne interesset recitationi eorum: Quod Cornelium scio, cui non æque displicuisse hunc versum, quam Pollioni: apparet: quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi, & ipse composuit. Si hic desiero, scio futurum, ut vos desinat in loco legere, quo ego à Scholasticis recessit. Ergo ut librum velitis vsque ad vmbiculum reuoluerè, adiciam suasoriam proximæ similem.

#### SVASORIA VII.

**D**ELIBERAT Cicero, an scripta sua comburat, promittente Antonio incolumitatem si fecisset.

QHATERIVS. Non ferēs Antonium: intolerabilis in malo ingenio felicitas est: nihilque cupientes magis accendit, quam prosperæ turpitudinis conscientia. Difficile est. Non ferēs, inquam; & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies. Quod ad me quidem pertinet, multum

multum à Cicerone absum : tamen non tædet tantum mi-  
 vitæ meæ, sed pudet : ne propter hoc quidem pertinet mul-  
 tum à Cicerone. Ingeniū tuum amas, quòd illud Antonius  
 plus odit, quam te. Remittere ait se tibi vt viuas? commen-  
 tus quemadmodum eripiat etiam quo vixeras. Crudelior  
 est pactio Antonij, quàm proscriptio. Ingenium erat, in  
 quod nihil iuris haberent triumphata arma. Commen-  
 tus est Antonius, quemadmodum quod non poterat cum  
 Cicerone proscribere, tolleret per Ciceronem. Horta-  
 rer te, Cicero, vt vitam magni æstimares, si libertas suam  
 in ciuitate haberet locum, si suam in libertate eloquen-  
 tia, si non ciuium ceruicibus luderetur. nunc vt scias  
 nihil melius esse quàm mori, vitam tibi Antonius pro-  
 mittit. Pendet nefariæ proscriptionis tabula: tot præ-  
 torij, tot consulares, tot equestris ordinis viri periere: ne-  
 mo relinquitur, nisi qui seruire possit. Nescio an hoc tem-  
 pore viuere velis, Cicero: nemo est cum quo velis. Meri-  
 to hercules illo tempore vixisti, quo Cæsar vtrò te roga-  
 uit, vt viueres sine vlla pactione: quo tempore non qui-  
 dem stabat Respublica, sed in boni principis sinum ceci-  
 derat. CESTIPII. Nunquid opinio me fefellit? intellexit  
 Antonius, saluis eloquentiæ monumentis, non posse Cice-  
 ronem mori: ad pactionem vocaris, qua pactione melior  
 in te pars tui petitur. Accommoda mihi paulisper eloquen-  
 tiam: Ciceronem periturum rogo. Si te audissent Cæsar &  
 Pompeius, neque inissent turpem societatem, neque dire-  
 missent: si vti vnquam consilio tuo voluissent neque Pom-  
 peius Cæsarem, neque Cæsar Pompeium deseruisset. Quid  
 consulatum salutarem vrbi, quid exilium consulatu hone-  
 stius, quid prouocatam inter iuitia adolescentiæ liberta-  
 tem, tyrociniis tuis Syllanam potentiam, quid Antonium  
 auulsam, Catilinam reipublicæ redditum? Ignosce Ci-  
 cero, si diu ista narrauero, forsitam hac die nouissima au-  
 dientur. Si occidetur Cicero iacebit inter Pompeium pa-  
 trem filiumque: & Afranium Petreiumque, Q. Catulum,  
 M. Antonium illum indignum hoc successore generis. Si  
 seruetur, viuet inter Ventidios & Canicios & Saxas. Ita du-  
 bium est, an satius sit cum illis iacere, an cum his viuere.  
 Pro vno homine iactura publica pacisceris. Scio omne  
 pretium iniquum esse, quod ille constituit: nemo tanti emig-



Ciceronis viram, quanti vendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret, Viues, sed eruentur oculi tibi: viues sed debilitabuntur pedes: etiam si in alia damna corporis præstares patientiam, excepisses tamen linguam: Vbi est sacra illa vox tua: Mori enim naturæ finis est, non pœna? hoc tibi vni non liquet? At videris Antonio persuasisse. Assere te potius libertati, & vnum crimen inimico adiace. Fac Antonium moriendo nocentiorum. **P. ASPRENATIS.** Vt Antonius Ciceroni pareat, Cicero ipse eloquentiam suam animaduertet? Quid autem tibi sub hac pactione promittitur? Vt Cn. Pompeius & M. Cato, & ille antiquus restituatur Reipublicæ Senatus, dignissimus apud quem Cicero loqueretur? Multos victuros animi sui contemptus oppressit: multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit: & causa illis viuendi fuit, fortiter mori. Permitte te populo Romano contra Antonium. Si scripta combusseris, Antonius paucos annos tibi promittit: at si non combusseris, populus Romanus omnes. **POMPEII SILONIS.** Quale est vt perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem sequamur Antonij, misericordiam tu ista vocas, supplicium summum ingenio Ciceronis? Credamus Antonio, Cicero, si bene illi pecunias crediderunt fœneratores, si pœne pacem Brutus & Cassius, hominem & vitio naturæ, & licentia temporum insanientem, inter scœnicos amores ciuili sanguine luxuriantem: hominem, qui creditoribus suis oppignorauit Rempublicam, cuius gulæ duorum principum bona, Cæsaris & Pompeij, non potuerunt satisfacere. Tuis vtat Cicero verbis, Cara est cuiquam salus, quam aut dare, aut eripere potest Antonius? Non est tanti seruare Ciceronem, vt seruatum Antonio debeam. **TRIARI.** Compulsus aliquando populus Romanus in eam necessitatem est, vt nihil haberet præter Iouem obsestum & Camillum exulem: nullum tamen fuit Camilli opus maius, quam quod indignum putauit viro, salutem pactioni debere. O grauem vitam, etiam si sine pretio daretur. Antonius hostis à Republica iudicatus, nunc hostem Rempublicam indicat: Lepidus, ne quis putet illum male Antonio collegam placuisse, alienæ semper dementiæ accessio, vtriusque collegæ mancipium, noster dominus. **ARGENTARII.** Nihil Antonio creditur.



credendum est. mentior: quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronem potest: qui seruare, nisi crudelius, quā occidebat, non potest? Ignoscentem tibi illum putas, qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu speras vitam cui nondum verba tua exciderunt? Vt corpus, quod fragile & caducum est, seruetur, pereat ingenium, quod æternum est? ego mirabar, si non supplicio crudelior esset Antonij venia. P. Scipionem à maioribus suis desciscientem generosa mors in numerum Scipionum reposuit. Mortem tibi remittit, vt id pereat, quod solum in te immortale est. Qualis est pactio? Aufertur Ciceroni ingenium sine vita: promittuntur obliuione nominis tui pauci seruitutis anni. Non ille te viuere vult, sed facere ingenij tui superstitem. Viue, vt Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronem. Pati poteris, vt quod in te optimum habes, ante te efferas: sine durate post te ingenium tuum, perpetuam Antonij proscriptionem. **AVRELII FVSCI.** Quoad humanum genus incolume manserit, quandiu vsus literis, honor summæ eloquentiæ pretiū erit: quamdiu Reipubl. nostræ aut fortuna steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris vigebit ingenium, & vno proscripserit sæculo proscribes Antonium omnibus. Crede mihi, vilissima pars tui est, quæ tibi vel eripi, vel donari potest. Ille verus est Cicero, quem proscribi Antonius non putat, nisi à Cicerone posse. Non ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius, morieris: si præstiterit, seruius. Quod ad me attinet, fallere malo. Per te, M. Tulli, per quatuor & sexaginta annos pulchre actos, per salutem Reipubl. consulum, per æternam, si pateris, ingenij tui memoriam, per Rempubl. quæ ne quid te putes carum relinquere, ante te perit, oro, & obtestor, ne moriaris confessus quod nolueris mori.

**HIVS** suasioriam alteram partem neminem scio declamasse: omnes pro libris Ciceronis solliciti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeo illa pars non sit mala, vt Cicero, si hæc conditio ei lata fuisset, deliberaturus non fuerit. Itaque hanc suasioriam nemo declamauit efficacius quàm Silo Pompeius. non enim ad illa speciosa se contulit, ad quæ **CASTIVS**: qui dixit, hoc grauius esse supplicium quàm mortem, & ideo hoc Antonium eligere, breuem esse vitam



homini, multo magis seni: ita memorię cōsulendum, quę magnis viris aternitatem promitteret. non qualibet mercede vitam redimendam: & has condiciones intolerabiles esse. omnia potius subeunda, quàm monumenta ingenij sui ipsum exurere. Iniuriam illum facturum populo Romano, cuius linguam in tantum extulisset, vt insolentis Gręcię studia tanto antecederet eloquentia, quanto fortuna: iniuriam facturum generi humano, pœnitentiam illum acturum tam care spiritus empti, cū in seruitute senescendum fuisset. in hoc vnum eloquentia vtendum, vt laudaret Antonium. Male cum illi ait, dare vitam, eripi ingenium. **SILIO POMPEIVS** sic egit, vt diceret, Antonium non pacisci, sed illudere: non esse illam cōditionem, sed contumaciam. combustis enim libris, nihilominus occisurum. non esse tam stultum Antonium, vt putaret ad rem pertinere, libros à Cicerone comburi, cuius scripta per totum orbem celebrarentur, & hoc petere eum quod posset ipse facere: nisi forte non esset in scripta Ciceronis is qui esset in Ciceronem. Quare nihil aliud eum agere, quam vt ille Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus, ad turpes condiciones perductus occideretur. Antonium illi non vitam cum conditione promittere, sed mortem sub infamia quærere. Itaque quod turpiter postea passurus esset, nunc illum fortiter debere pati. Et hæc suaforia insignita est. Dixit enim sententiam cacozelię genere humillimo & fordidissimo, quod detractū, aur adiectione syllabę facit sensum. Pro facinus indignum! peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit? Apud Cestium Prætorem declamabat hanc suaforiam. **SVRDINVS**, ingeniosus adolecens, à quo Gręca fabulę eleganter in Latinum sermonem cōuersę sunt. Solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas. In hac suaforia cum iusurandum bellis sensibus prioribus cōplexus esset, adiecit: Ita te legam. **CESTIVS**, homo nasutissimus, dissimulauit exaudisse se, vt adolescentem ornatum quasi imprudens obiurgaret: quid dixisti? quid? ita te suat. Erat autem **CESTIVS** nullius quidem ingenij, Ciceroni etiam infestus, quod illi non impune cessat. nam cum M. Tull. filius Ciceronis Asiā obseruet, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præ-

LIBER VNVS.

ter urbanitatem, cœnabat apud eum CESTIVS. M. Tullio & natura memoriam idempserat: & ebrietas, si quid ex ea supererat, subducebat: subinde interrogabat: Quis ille vocaretur qui in imo recumberet: & cum sepe subiectum nomen CESTII excidisset, nouissime feruus, vt aliqua nota memoriam eius faceret certiore, interroganti domino, quis ille esset qui in imo recumberet, ait: Hic est Cestius qui patrem tuum negabat litteras scisse. afferri protinus flagra iussit, & Ciceroni, vt oportuit, de corio CESTII latifecit. Erat autem etiam ibi Pietas, Niger, & Corula. Hybræa disertissimi viri filio male apud se causam agentis. ἀνίμων πατέρων: *Infamiam parentum.* Alij ἀγωμένων πατέρων: *Dementium seu indoctorum parentum:* & cum in quadam postulatione Hybræas de paritate stultorum locum ad literam omnibus agnoscentibus diceret: Age, inquit, non putas me scripta didicisse patris mei: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* GARGONIUS ambilissimus in hac sua suasoria dixit duas res, quibus stultiores ne ipse quidem vnquam dixerat, vnam in principio. nam cum cœpisset scholasticorum frequentissimo iam more à iureiurando, & dixisset multa: Ita quam primum tantum timeat, quantum potest: ita aut totus viuat CICERO, aut totus moriatur, vt ego quæ hodie pro Ciceronis ingenio dixero, nulla pactione delebo. Alteram rem dixit, cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: Iuba & Petreius, mutuis vulneribus concurrerunt, & mortem fenerauerunt.

\*\*

FINIS LIBRI SVASORIARVM.